Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nunc incerramur. Per. Collecta.
Omnipotens sempiterne deus. benedicentibus nobis hunc ignem in nomine tuo et omnipotentia filii tui ac domini nostri iesu xpi et spiritus sancti cooperare dignare et ad instar columne igniferae trans mare et illustra gratia celesti. P. Post incensum lumen. alia coll.
Exurgat quaesumus domine. super hoc incensum larga tua benedictione omnis infulsio et hunc nocturnum splendorem multiplicis regnator accende. ut non solum sacrificium quod hac nocte libatum est archana tua luminis ad mirandum refulgeat. sed in quibuscumque locis ex hujus vaporis quod sacrificationis mysterio tuae exportatum. expulsa diabolicae tenebrae nequitiae virtus tuae maiestatis assistat. P. De quo igne illuminata candela in hac caligine ponatur et a mansionario ecclesie pplo porrigatur et de ipso igne lampas una seruetur usque in sabbatum secundum ad illuminandum et reliqui qui eodem die benedicendi sunt. illuminata ante ecclesia usque ad vigilias permaneat. et sic ingrediantur ad missam et ante ordinem loco suo plenius dicatur. Sed ministri hac die ante vesperum vestibus sollempnibus sicut subdiaconi et dalmaticis. signum cum campanarum ad missam tribuunt consonantque usque in sabbatum secundum differtur. Ista ut ad missam. Nos autem glian. ni Glia pri. sed Glia mexcelsi. non dicitur. nisi ubi antiqua consecratur. Oro.
Deus a quo et iudas recepit suae penae et confusionis suae laetitiam perfecit concordiae nobis tuae propitiationis effectum. ut sicut in passione sua dominus noster iesus xpus diversa varietate insultantium supplicia meruerunt. ita nobis ablato vetustatis errore triumphus suae gratiae largiatur. Qui te. Ad
Eph. Considerate fratribus vobis in unum. iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam praesumit ad manducandum. et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum. aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis. laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis. quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate hoc est corpus meum. quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenatum dicens. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annuntiabitis